



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvatis, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

135. Fer. 3. De bonis Beatorum ineffabilibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](#)

Feria 3. Dom. 2. post Pasce. 235

carne bonum est; dicebat Stoicus, mihi frui mea mente bonum est; dicebat Apostolus, mibi auem adhaerere Deo bonum est. Errat Epicureus, fallitur Stoicus; tunc enim recte anima vivit, si non secundum carnem, non secundum seipsum, sed secundum Deum vivat: sicut enim anima carnis, ita Deus anima est vita: hanc unam petij, & requiram.

MEDITATIO CXXXV.

Feria 3. Domin. 2. post Pascha.

De bonis Beatorum infallibilibus.

Avidiam fidelem & oculatum testem de gloria eterna loquentem: Sicut, inquit, scriptum est Isa. 64. v. 4. Quod oculus non vidit, nos autem audivit, nos in cor hominis ascendit, quae preparavit Deus Iesu, qui diligunt illum, nobis antea revelavit Deus per Spiritum suum: Sed tam areana verba, que non licet homini loqui, subdit Apostolus. Petam intelligere ineffabilitatem honorum coelestium, & ad ea preparari.

Cons. 2. Quomodo status Beatorum non tantum excludat statum vitae temporalis, de quo Gregorius hom. 37. in Evang. Temporalis vita vite eterna comparata Mors est potius quam vita: juxta illud Apostoli ad Rom. 7. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus? Sed insuper excludit omnem

statum

236 Feria 3. Dom. 2. post Pasch.
statum viatorum, sive hominum in statu inno-
centiae, sive Angelorum: Quia is utro-
rumque fuit naturalis, defectibilis; Beato-
rum autem est supernaturalis, & aeternus.
Quid amas, inquit Aug. Serm. 64. in Cœlo?
*Vivere & hoc habebis. Quid times? mori? non
patieris.*

*Conf. 2. Quomodo gloria Beatorum ex-
cedat omnem iensum, & visum, qui latissime
patet, & auditus, qui adhuc latius patet,
quia se extendit ad præterita, & futura: Sed
& iensum excedit intellectus, qui multò la-
tissime patet, quia se extendit ad possibilia;
Beatorum autem gloria excedit omnem si-
ctionem: Quia oculus non vidit, nec aurum
divit, nee in cor hominis ascendit, &c.*

*Conf. 3. Si gutta boni cœlestis ficeret am-
rum omnem mundum cum omnibus, quæ
in eo sunt: si unicum verbum Dei superaret
omne melos: si omnis flos odoratissimus
inferior esset odore cœlesti: si pulchritudo,
gratia, & elegantia cœlestis tanta esset, pro-
qua videnda ad diem judicij usque, in for-
nace omnes libenter arderent, dummodo
Deum videre possent, quamquam nondum
videre mererentur: sed complexus Dei præ-
vi delectationis rumperet corda omnium,
quid simile bono huic excogitari posset? Et
iamen, inquit Deus Susoni, magis distant
huc*

sch.
atu in-
s utro.
Beato-
ternus.
n Cœlo?
ri? non
um ex-
atissimè
s patet;
ra: Sed
ultò lu-
Sibilia;
uem fi-
urum.
t am-
s, quæ
perare
ffimus
itudo,
t, pro
in for-
modo
ndum
ei piz
nium,
et? Et
hanc
Feria 4. post Dom. 2. post Pasch. 237

hæc à me sicut sum, quæm digitus à cœlo
octavo: & quidquid sentire amoris potest
quis in hac vita, minus est, quæm gutta ad
oceanum, si conferatur cum gaudio, quod
habent Beati: adeò nondum inventum est,
quod conferri possit cum gloria æterna.

MEDITATIO CXXXVI.

Feria 4. post Domin. 2. post Pascha.

De magnitudine gloriæ Beatorum.

MEmoriā repetam petitionem Augusti-
ni ad Hieronymum, ut quis ejus esset
sensus de cœlo, sibi perscriberet, cùmque in-
terea obiisset Hieronymus, tamen Augustino
apparens respondit, facilius esse stellas cœli,
& arenas maris, & oceani guttas numerare,
quæm quid sit gloria cœlestis exprimere.
Apud Bessæum Concionē de cœlo. Petam
intelligere magnitudinēm gloriæ Beato-
rum, & consequi.

Conf. I. Tantam esse vitæ æternæ felici-
tatem, ut nec ex revelatione divina possit
intelligi: quia nec Fides, nec Spes divina eò
perungere potest, juxta Isa. cap. 64. & I. ad
Cor. cap. 2. quæ utraque, quò propius ad
beatitatem accedit, magis evacuatur, juxta
illud Augustini: Quod Deus se a manibus
præparavit, nec per fidem potest penetrari,
nec per spem attingi: adeò nullo sensu, nul-
lo